

# VIAE PVBLICAE POPVLI ROMANI REGIONVM ITALIAE PRIMAE ET TERTIAE.

## I. VIA SEVERIANA AD ARDEAM.

6811 tabula marmorea in arcis Ardeae ruinis LVGD.; *'epitafio in Ardea cipta antiqua'* adscribens mensuras supra 'pal. 6' ad latus 'pal. 9' PERVZZI similiterque 'Ardeae pal. VI' PANV.; Ardeae WINGH. cum suis PERVZZI LIGOR. (Taur.); via Ardeatina LIGOR. (Paris.). — Sine loco CITT. (Marc.).

IMP · CAES · e · i u l i u s ·  
u e r u s m a z i m i n u s ·  
PIVS · FELIX · AVG  
PONTIF · MAX · GERM · MAX  
5 DACICVS · MAX · SARM · MAX  
TRIB · POTEST · III · IMP · V p. C. 238  
COS · PRO COS · P · P · ET  
e · i u l i u s u e r u s m a ·  
x i m u s n o b · c a e s a r  
10 GERM · MAX · DACICVS · MAX  
S A R M A T I C V S · M A X  
PRINCEPS · IVVENTVTIS  
LITVS · VICINVM · VIAE · SEVERIANAE  
ADSIDVIS · MARIS · ADLVENTIBVS  
15 FLVCTIBVS · AD · LABEM · RVINAE  
LABEFACATVM · AGGERIBVS  
MARINI · OPERIS · A · FVNDAMENTIS  
VT · PERICVLVM · COMMEANTIBVS  
ABESSET · EXTRVI · CVRARVNT

*son state guaste a posta*) Vatic., IMP·CAES·L·SEPTIMIVS·PERTINAX Panv., IMP·CAESAR·MAXIMINVS Ligor. — 4 GERM·MAX om. Lugd. — 5 habet (evulsa priore littera x) solus Lugd. — 7 COS (CONS Lugd.) · PRO(POO Per.)cos reliqui, COS·IV·PROQ·COS Wingius cum suis. — 8. 9 om. Lugd. (hiatu significato) Peruzzi (addens: *'qui era altro principio che fu guasto aposto vel studiose'*) Vatic. Wingius (hiatu significato, addens *'forte M·AVRELIVS·ALEXANDER'*, quod tamquam in lapide lectum dat Cittadinius), M·AVRELIVS·ANTONINVS·PIVS Panv., IMP·CAESAR·MAXIMVS·F Ligor. — 10 GERMANI<sup>CVS</sup> Lugd. — 11 habet solus Lugd. — 13 SEVERINAE Vat. — 15 RVINARVM Lugd.

Titulum quamquam proprie non miliarium inter miliarios collocare placuit.

Codici Lugdunensi Voss. fol. 87 titulum praescripsit manus saeculi XV, ut videtur, ea ipsa, quae ibi scripsit Tarracinensem n. 6850. Habet item Balth. Peruzzi (1481—1531) inter delineationes servatas in museo Florentino (cf. n. 6339). Item Panyinius cod. Vat. 6035 f. 25 eodemque exemplo Ligorius cod. Paris. I. III, 3 et Suaresius arc. Septimii Severi p. 12 n. 7 ex schedis nescio quibus bibl. Barberinae (inde Mur. 243, 8 ex Bellorio). Item Wingius cod. Brux. 2 f. 31' eodemque exemplo Cittadinius (cod. Marc. p. 77, cod. Vatic. 5253 f. 479. 419'. 424 et apud Grut. 163, 8) et cod. Raffaelli f. 134. Item Ligorius cod. Taur. 3 (inde Grut. ed. 2 l. c. et Vulp. Lat. 5, 227 ex ms. Corradini). Item vir doctus saec. XVI in tomo XCII f. 214 politicorum (*armi 2*) tabularii sacri Vaticani, unde v. l. enotarunt Marinus in emend. ad Grut. ms. meaque causa Gregorius Palmieri. Exempla haec excepto uno Lugdunensi ab eodem auctore pendere inde intellegitur, quod vv. 5 et 11 solus Lugdunensis servavit.

Variam lectionem adscripsi Peruzzii, Lugdunensis (ubi quaedam perierunt margine folii avulso), Panyinii, Wingii, Ligori (Taur.), Vaticani. — Versuum divisionem servant Per. Panv. Wing. Ligor. — 1. 2 IMPERATOR CAES Lugd., om. Wingius (hiatu significato, adscribens *'forte IMP·CAES·M·AVR·ANTONINVS'*) Peruzzi (addens: *'le lietere che erano nel principio*

## II. VIA APPIA. *Roma Capuam.*

Regiae viarum, ut ait Statius (silv. 2, 1, 12), quam stravit Ap. Claudius censor a. u. 442, hoc loco satis habebimus lapides miliarios iusto ordine recensere. Nam cum de condicione eius neque tralatia repete placeat nec huius loci sit rem ita ut oportet pertractare, de stratura eius τὸ πλεῖον μέρος λίθοις στερεοῖς, ut ait Diodorus 20, 36, recentium auctorum unum solum locum adscripsi, qui quidem facile fugiat eos qui in hanc rem data opera inquirent. La nuova via, Iosephus Novi ait (*Poliorama Pittoresco* vol. 19 p. 43), che da Capua conduce a Brezza, ha messo a nudo un bel tratto dell' Appia. Conciosiachè, nel costruire i fossi di questa nuova strada, a circa 4 palmi di profondità dal piano della campagna, sono apparsi magnifici avanzi di quella regina delle vie. La nuova traccia tiene or la ditta, ora la sinistra dell' antico asse

stradale, coincidendo soltanto per circa un miglio e mezzo, lungo le difese della Nunziatella e del Frascale. La carreggiata è composta da uno strato di forti breccioni disposti a mano con molta arte, e questa ossatura era indispensabile nel palustre e cedevole terreno dei mazzoni. La copertura è uno strato di brecciamie aderentissimo, di una potenza maggiore di mezzo palmo, che unito all' anzidetta ossatura, presenta una spessezza consolidata di un palmo e mezzo. La strada è coronata in ambo i lati da margini di travertino della costante larghezza di palmi 2, e della lunghezza variabile di palmi 3 a 5, e verso la Vallica di Brezza questi grossi margini sono di tufo.

Milia viae Appiae cum primaria ratione numerentur ab urbe Roma, secundariae praeterea numerationes inveniuntur hae.

I. Via a Foro Appii Tarracinam milium p. XIX indeque dicta de-